



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philosophistæ Seu Excerpta Pauca Ex Multis Libris, Thesibus, Dictatis Theologicis

[S.l.], [ca. 1692]

1668. Idem sub P. Ægidio Estrix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39173

I. PARS.

IDEM COLLEGIUM LOVANIENSE.

1643.

Pater Ludovicus Schildere S. J. Theologia Professor Theses Lovanii propugnandas 28. Julii 1643. in lucem edidit, hoc præfixo titulo, THEOLOGIA. Conclusionem XII. De Peccati essentia & malitia, sic habet: Peccatum invincibiliter Deum ignorantis, licet graviter legis naturæ violativum sit, nunquam tamen Dei injuriam contrahet aut offensam.

IDEM COLLEG. LOVANIENSE.

1668.

ÆGIDIUS ESTRIX Theologia Professor in Collegio Societatis Lovanii edidit anno 1668. Theses defendendas 23. Julii, in quibus non utitur quidem nomine peccati Philosophici, sed rem ipsam docet his verbis: Peccati malitia non consistit formaliter in privatione rectitudinis debitæ inesse actui aut voluntati. Committi potest ab eo qui Deum ignorat invincibiliter; & sic non est formalis offensa Dei, nec meretur pœnam ignis æternam. Præmiserat in iisdem Thesisibus istius doctrinæ principium dum dixerat: Nullum est peccatum formale, nisi conscientia hîc & nunc judicet de malitia.

Idem Estrix Deum ignorari posse saltem aliquamdiu, quia Deum esse non est per se notum quoad nos, docet in Thesisibus a. 1669. die 29. Julii defensis.

IDEM COLL. LOVANIENSE.

1670.

ANTONIUS A BURGUNDIA in eodem Collegio Professor alias Theses sustinuit anno 1670. in quibus utitur eodem nomine peccati Philosophici: Peccatum,
ait,